



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

XI. De Litis contestatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

tori succedit in id vitium. Licet enim is non spoliaverit: cum tamen, quoad periculum animæ, non minus interit, utrum quis iniuste detineat, an alienum in vaferit, contra huiusmodi possessorem spoliato per restitutionis beneficium, non obstante juris civilis rigore, succurritur.

*Renunciatio facta post spoliū non impedit spoliati restitutionem: sed si ante facta renuncietur, & testes super spontanea restitutione non sint admittendi ante restitutionem. h. d.*

**L**ud quæsitum a est, si post spoliū Ecclesiæ renunciat sit deneganda restitutio? & cum non sit verisimile, quod sponte proprio iuri renuncietur, qui renunciat spoliatus huiusmodi non obstante renunciatore, restitendus erit. Testes etiam partis alterius de iuramento, & renunciatore sponte facta, non ante admittendi erunt, quam spoliatus plenarie fuerit restitutus. Quod si ante b spoliū Ecclesiæ sponte abjurasse reperitur, perpetuum ei super negotio silentium imponendum erit.

*Penit aliquos casus exceptos ab illa regula, spoliatus ante omnia restituitur. h. d.*

**S**unt & alii casus, quibus iure denegabitur spoliatis restitutio: ut puta, cum agitur per modum exceptionis de alia spoliatio opponitur, aut tam super proprietate, quam super spolio eodem tempore disceptari spoliatus ipse contulerit, aut ante restitutionis postulationem peritoria actione iudicium expertus succubuerit.

*Probatio spoli, absentia spoliatoris, & lapsus temporis, non operatur restitutionem, si spoliator non abisset per contumaciam, vel delictum. h. d.*

**I**dem si spoliator non per contumaciam, vel per delictum absente, ab apostolica sede ad iudicem spoliatus literas obtinuerit, ut si eum spoliatum iudicibus constituerit, intra certum temporis spacium restituatur, si reus intra præfixum terminum sese iudici exhibere non possit, quantum temporis lapsus immineat, & actor sit suam possessionem & dejectionem probare paratus, nihilominus restituendus non erit.

*Si contra agentem de spolio opponatur exceptio, per quam concedatur aditorem non possidisse, spoliatus ante omnia non restituitur. h. d.*

**S**ed & si talis opponatur exceptio, quæ agentem minime possidisse concludat, tamen si substituenda erit restitutio, donec super tali exceptione cognitum fuerit: ut ecce, nec laici spiritualia possidere, nec sacerdotes uxores habere possunt. Unde si vel illi se beneficiis spoliatos, vel hi ab uxoribus se desitutos coram iudice conqueantur, & ab adversariis de secularitate, vel de sacerdotio agentibus opponatur, proculdubio differenda erit restitutio.

*Cum pro spoliatore nullus iuris præsumptio, spoliatus non est ante omnia restituendus. h. d.*

**Q**uoniam & cum sola juris præsumptio pro spoliatore contra spoliatum militat, impedienda erit restitutio: ex quo apparet, eum qui (exempli gratia) restitui postulat ad decimas, quas intra alienæ parochiæ limites possidisse asserit, nequaquam restituendum esse, nisi evidenter docuerit, quod earum possessionem legitime assequutus fuerit: quia, eas occupasse iniuste verisimiliter præsumitur, cum ex prædiis perveniant intra alienam parochiam constitutus, manifestumque sit, eas iure communi ad eandem Ecclesiā pertinere, nisi aliud ostensum fuerit.

*Beneficium non restituitur ante omnia: idem si in restitutione timeatur de periculo animæ, vel scandalo, quæ differunt restitutionem. h. d.*

**P**ures præterea sunt casus, quibus spoliatus illic non restituitur: veluti, cum hæresis animæ periculum immineret, vel scandalum timeri possit: & alii, qui non mi-

a. C. de ex. co. n. b. C. de ex. co. n. c. C. de ex. co. n. d.

nus secularibus, quam Pontificis legibus committitur. Spoliatus potest suscipere petitionem ante omnia, si in causa ventura possessorum: sed si sit constitutus, nisi iuramentum per se videatur. h. d.

**P**ostremo sciendum est, in spoliatio omnino contentum esse a, si spoliatus proprietatis litem appetit fuerit, nullam de illata sibi violentia mentionem faciat, antequam renuntiaverit sibi, aut concludam in proprio iudicio, ut idem debeat super possessione, etiam postorio suspensio, audiri. Quod si renunciatum fuerit, vel concludam, ut iam possit causa proprietatis litem nominari, ne lites litibus incedatur, & via possit fraudata aperiri, causa non desit, possessio non erit contentum nisi iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex illa causa viderit expedire: puta, cum ex persequente mentione valetis facile arguitur, & spoliato, casu sine dolo spoliatoris, dominium probandi facultas subtrahitur.

DE LITIS CONTESTATIONE

TITVLVS XI

*Litis contestatio est fundamentum iudicij, quæ definitur super adhibitis. & quando dicatur la contestatio. h. d.*

**H**actenus ea complexi sumus, quæ pertinent ad ante causam dictionem veritatis, quæ ante tam iudicij partes habentur, quam iudicij præparatoria: perueniamus nunc ad ea, quibus iudicij iudicium constituitur. Est autem iudicium iudicamentum quoddam, in contestatio nam si in partibus prætermis fuerit, proculdubio omnia, quæ quæ fuerint, corrent, sequæ ipsos litigiosos, iudicij laboribus & sumptibus vexabunt: unde nec restitui nec ad sententiam per iudicem processu possunt. Verò sit per petitionem in iure propositam, & exceptam responsum sequatur, animo contestatio iuris factam, cum iudex per narrationem negotij contenti iudicij ceperit: unde si quis petitionibus singulariter respondens, aut peremptoriam exceptionem proponens, negotium per hoc esse facta contestatio litis intelligitur.

*Procurator, tutor, & similes, possunt litis contestari. h. d.*

**P**rocurator autem d litis contestatio non solum per procuratores, sed etiam per procuratorem, iudicij, & similes.

*Advocati responsi nisi sit facta revocatio, facta litis contestationem. h. d.*

**A**n advocati responsi litis contestationem iudicij, adhiberi possent, & ex facto respondentem esse, nisi iura revocata fuerint, illius quoque responsum contestationem fieri.

*Cum officium iudicis pro actum respiciat, facta litis contestatio. h. d.*

**N**ec solum, cum per actionem iudicium instituitur, & in litis contestatio necessaria: sed etiam ad iudicij officium pro ipsa proponitur actio: iudicium restituitur in integrum non incidit, sed præsumptio postulat.

*Qui effectus sequuntur ex litis contestatione. h. d.*

**I**tem sequitur contestatione reus & ipse iudicium adhiberi obligatur, dilatorius exceptio non valet, & actiones perpetuantur, per se ipso in integrum restituitur quoque effectus emanant, ut iam ex illis quæ iudicij iudicij constitutionibus suis locis tractantur.

*Cum civiliter agitur, & probabiliter de morte agitur, vel de turba absentis timeatur, possunt exactionari litis contestari. h. d.*

**A**dmoneudi tamen sumus, quod traditum est, litis non contestari non posse testes recipere, & non adhiberi.

a. C. de test. ex. de causa p. test. & p. test. c. Ca. de test. secunda. & licet ex. de test. & Ca. de test. eod. c. Ex. ut licet non contestari per testes & c. de test.



117  
tentiam perveniri, non esse perpetuum. Nam si forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, cum civiler est agendum, ne veritas occultetur, & probationis copis fortuitis casibus subtrahatur, fenes, & valetudinari, & alii testes de quibus ex probabili causa timeatur, etiam in non concessa sint admittendi, seu pars conventa sit contumax, seu sine dolo sit absens, ut conveniri non possit.

Quos testes examinavit ad perpetuam rei memoriam, debet intra annum vel convenienter ad versarium, vel examen denunciare, h. d.

**D**ebet tamen actor intra annum, ex quo facultas sibi data fuerit, adversarium convenire, aut saltem hujusmodi testimonium receptionem eidem denunciare. alioquin actiones sic receptae non valebunt, ne forte hoc procedatur in fraudem, ut scilicet processu temporis exceptiones legitime ad repellendum testes, vel alia locum habere non possint.

Nota est ista §. bonam regulam ad cognoscendum, quando non sit necessarius in contestatione, h. d.

**S**unt & alii casus, in quibus absque litis contestatione legitime possunt testes produci, & lites sententia remitti: quos tam ex his, quae supra de contumacia diximus, quam etiam ex aliis locis cognoscere licebit. Et generaliter, ubicunque libellus non exigitur, aut jus agendi contra certam personam non dirigitur, lites contestatione non est necessaria.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE. TITVLVS XII.

Ab iuramento subire iuramentum calumniae, cadit ab actione, & non habetur pro confessio, h. d.

**E**d ut veritate pravus iudicia expediantur, institutum est, ut litigatores in exordio litis de calumnia iuranda jurare debeant. Quod iuramentum si quis iustitiae recusaverit, actor quidem ab instituta cadet actione, & pro confesso reus habendus erit.

In casu suo. Et si clericus non cogitur jurare de calumnia, sed in propriis: quo casu jurat propositus tantum scripturis, non iactu, h. d.

**I**n hac tamen parte quibusdam casibus clericis iura peremerunt. Venerunt enim, ne dum propriae Ecclesiae causa peragitur, inconsultis illorum praelatis hujusmodi subire iurandum cogantur, licet in propriis causis hujusmodi privilegio minime gaudere noscantur. Sed & quo casu hoc iuramentum subire vel permittuntur praelati, vel jubentur, non tactis, sed tantum propositis scripturis id implebitur.

Notandum etiam in causis spiritualibus jurare de calumnia, minime iuratur, sed quia & in illis litigatores frequenter calumniari competunt est, novissime sancitum est, si in eis id quod ceteris constitutum est, observari debeat.

Etiam procuratores jurare de calumnia tenentur, quando eorum iudicium videtur, h. d.

**N**on tantum principales, verum etiam procuratores, & syndici h. hujusmodi iuramentum suscipere compellendi erunt, etiam si quid ponere aut respondere debeant, a dominis instructi fuerint: aut post hoc praestitum iuramentum deparati fuerint: nec enim illud intra certa iudicii tempora coactatum reperitur, sed & potest iudex exigere, quoties expedire viderit.

De calumnia juratur etiam in causa appellationis, h. d.

**P**raeterea, & quamquam in prima instantia partes iuraverint, non tamen praeterea in causa appellationis hujusmodi iuramentum declinare poterunt, cum rur-

a. C. §. si sit sit ext. ut lite non contest. b. d. c. §. si sint & alii. ut in non contest. c. §. ext. ex. si. d. C. i. §. seq. ex. ex. e. c. §. ext. ex. f. C. i. §. §. sed. si. in §. g. Ca. 2. §. procuratores, sed. si. in §. h. C. i. §. §. ext. ex. si. i. Ca. in fin. ex. si. in §. k. C. i. §. in prin. ex. si. in §.

sus, & de calumnia vitanda, & dicenda veritate jurantes partes sint compellende.

Iuramenti de calumnia omisso non vitat processum, h. d.

**I**llud postremo ad monendi sumus, quod propter omissionem a facite in tota causa calumniae iuramentum, iudicialis processus alius factus legitime, nec est nullus, nec ob eam causam venit annullandus: cum hujusmodi iuramenta praestari de substantia ordinis iudicarii non existat.

VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETUR. TITVLVS XIII.

Lite pendente nihil innovandum: & si tunc pendere dicitur, cum citatio legitima pervenit ad partem citatam, aut per eam factam est, quo minus perveniret, h. d.

**I**nstituta ergo lite, & solemnibus praestitis satisfactionibus, & calumniae iuramento exhibito, ad probationes, & merita causae defendendam erit, & interim pendente lite nihil innovari poterit. Lis & interim pendere hoc respectu tunc dicitur, non modo cum lites contestata fuerit, verum etiam postquam a iudice comperenti citatio manavit, & ad partem citatam, pervenerit, vel per eam factum est, quo minus ad eius notitiam perveniret, dum tamen in citatione ea sint expressa, per quae possit quis instrui, super quibus in iudicio convenitur.

Ob dilapidationem etiam lite pendente sit sequestrato, h. d.

**P**lanè & ab eo, qui postquam a sententia provocavit, possessionis fructus dilipat, etiam lite pendente sequestrari poterunt.

Lite pendente non invalidat matrimonium contractum, h. d.

**S**ecundum ad si dum super matrimonio lites pendet, secundum quis matrimonium sitè contraxerit, si primum non tenuisse declaratum fuerit, pendente lites obtentum secundum irritari non poterit. Et tamen qui in contemptum contraxerit, competens poenitentia imponenda erit.

DE PROBATIONIBVS. TITVLVS XIV.

Quid sit probatio, & quibus modis fiat, h. d.

**P**robatio igitur est, idoneis argumentis & legitimis mediis facta demonstratio. Contingit autem quidam probari variis modis: ut puta confessione partium, depositione testium, instrumentorum exhibitione, iurisdictione religione, inspectione iudicis, notorietate rei, suspitione vehementi, fama, atque aliis adminiculis.

Quomodo nascatur probatio ex confessione, & quae sint positiones, h. d.

**P**artium confessione tunc constat probatio, cum reus positionibus respondendo, vel alias in iudicio de intentione confiteatur actoris. Sunt autem positiones, breves quaedam narrationes, facti seriem continentes, ad elicendam veritatem conceptae, super quibus quis petit ab adversario responderi, quas ad faciilem & expeditionem litem propter partium confessiones, & probationum defectum ulius longævus in causis admittit, & juris probavit auctoritas.

Recusans respondere positionibus habetur pro confessio, h. d.

**S**i quis igitur positionibus sibi factis respondere recusaverit, vel, ne responderet, se per contumaciam subtraxerit, pro confesso habendus erit. Hoc tamen ita demum obtinet, si a iudice respondere iustus, illum absentem fieri contigerit: sed si antequam iuberetur, contumaciter abcesserit, tunc pro confesso minime reputabitur, sed contra eundem, tanquam contumacem, procedendum erit, prout iuris ratio dicta verit.

C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.

a. C. i. in prin. & §. i. ex. si. in §. b. C. l. ex. si. c. Cast. ex. de sequest. poss. d. C. i. in Appellat. ex. de spons. e. Clem. in de verb. sign. f. C. i. de conf. in §.